

Interim vero statim post dicti ^{domini} Engelberti ob-
itum capitulum Coloniense assumpsit denique
in administratorem Coloniensis ecclesie do-
minum Bononem Treverensem archiepiscopo-
rum sepedictum ⁸⁵⁷, cuius administrationis
officium sedes apostolica confirmavit. Tan-
dem dictum capitulum Coloniense fecit do-
mino pape Urbano V. ⁸ sollemnem postula-
tionem de persona eiusdem domini Trevere-
sis ad Coloniensem ecclesiam transferenda.
Cui quidem postulationi idem dominus papa
prebens assensum transtulit eundem domi-
num Bononem de Treverensi ecclesia ad Co-
loniensem, dum tamen ipse dominus Treve-
rensis vellet sue translationi consentire. Sed
quia ipse translationi sue non consensit —
nam ipse maluit remanere in ecclesia sua
Treverensi — idem dominus papa mutato
titulo ⁹ administratoris ¹⁰ dedit sibi ipsam
Coloniensem ecclesiam ¹¹ per certi temporis
spacium in commendam. ¹² Postea vero mu-
tato titulo commende idem dominus papa
reservans sibi ad usum camere apostolice
dictam Coloniensem ecclesiam fecit eundem
archiepiscopum Treverensem ¹³ in Coloniensi
ecclesia suam et apostolice sedis vicarium

septembris electus est concorditer per
eos, qui eligere voluerunt, Fredericus
de Larwerden, qui se gerebat preposi-
tum ecclesie b. Marie de gradibus, con-
sanguineus Bononis supradicti. Do-
minus autem papa provisionem dif-
ferens ecclesie Coloniensi permisit
eundem dominum Bononem in admi-
nistracione predicta.

Quo tempore rives Colonienses vio-
lenter infregerunt clero Coloniensi
libertates ecclesiasticas, propter quod
clerus universaliter civitatem Coloni-
ensem exivit, et fuit curia Coloni-
ensis in Bonna.

Scinde anno domini 1369 dominus
papa fecit predictum dominum
Bononem vicarium generalem ecclesie
Coloniensis in spiritualibus et tem-
poralibus. Super quo in crastino Re-
nigii in synodo annali cleri Coloni-
ensis sunt Bonnae ex causis predictis
celebrata litere papales fuerunt pu-
blicate, quibus literis domini capi-
tulum et clerus Coloniensis reve-
renter obedierunt.

⁸ supradictum 1. c) cum 2. d) sexto 4.4.4. e) in eccl. sua Trev. rem. 4.4.4. f) titulo 1. g) administrationis 1.

¹¹ eccl. ipsam Col. 4.4.4. i) termini 2. per-spacium des. 4.4.4. k) commenda 4.4.4. l) in Treverem. (1) 2.

⁸⁵⁷ Jam 1368 aug. 15, non die & pridie quam chronica nostra Engelbertum decedentem facit, Bononem non
amplius coadiutorem, sed administratorem vocat Godfridus com. Arnsb. (Leibertz Urk. II, p. 512). Et Engel-
bertum prius tempore mortuum esse patemus: Ceterum administratoris titulo utitur Bono 1368 sept.
21 - 1369 sept. 289 (Leibertz Urk. II, p. 544. 5543).